CAPVT XI.

TITVLI SACRI ET SACERDOTVM.

(Addenda ad vol. II p. 1—288 N. 2957—5050.)

9230 Iunone Locina[1] | dono pro | C. Rutilio P. f.

9230[a] P. Rutilius M. f. | Iunonei Loucina | dedit meretod | Diovos castud.[2]

Norbae rep. a. 1903, laminae aeneae, prior, quae videtur esse paullo antiquior, litteris punctim scriptis (I ed. 2 n. 359. 360 = Notizie degli scavi 1903 p. 255. 256 vidi imagines photographicas). — 1) Sic videtur esse in aere. — 2) Sic etiam in alia inscriptione Iunoni Lucinae dedicata supra N. 3101, ubi iam apparet Diovis castud *iungendum esse.*

9231 Munio Recena[1] | Numisio M.[2] | d. d. l. m.

In agro Capenate rep., lapis tofaceus (Gatti bull. comunale di Roma 1906 p. 60 imaginem). — 1) Sic potius, teste imagine, quam Regenai, *quod praefert Gattius. — 2) Cf. supra N. 3147 seq.*

9232 Diana af louco.

In vase aeneo, ad Nemus Dianae (Nemi) rep. (Eph. epigr. 9, 645; Ghislanzoni Bull. arch. comunale di Roma 1907 p. 103 edidit imaginem). Intellege: Dianae ab (= de) luco. Lucus sine dubio Aricinus sive Nemus Dianae, ex quo prodierunt etiam N. 3233 seq.

9233 sacro Matre Mursina[1].

In colo aeneo, Romae empto (prope Cortonam ut dicebatur rep.), iam Baltimore, litteris valde antiquis, ‹ *pro* C, ʑ *pro* S *(I ed. 2 p. 434 n. 580 = Harry Langford Wilson American journal of philology 28, 1907 p. 452 cum tab.). — 1) Dea praeterea ignota.*

9234 sacra[1] Lanvio[2].

Tegula reperta in litore Circeiensi (Eph. ep. 9, 974, 1[b] vidit Th. Ashby; frustulum similis tegulae vidi Lanuvii, Eph. l. c. 974, 1[a]). — 1) Cf. N. 3096 not. 2; 4027 not. — 2) Intellege: Lanuvio (Lanv- *scriptum etiam supra N. 6194 et alibi) sc. pertinens Lanuvium, templi Iunonis Lanuvinae. Eius templi possessiones videntur se extendisse usque ad litus Circeiense (cf. Eph. l. c.).*

9234[a] Iovi o. m. | sacrum | C. C. S.[1]

9234[b] Minervae | sacr. | C. C. S.

archive.org